



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec- || catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXVII. Vtrùm solus Sacerdos, cui facta est Confessio, an etiam alij
audientes, teneantur eam celare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput VII. De Secreto seu Sigillo

sciat, scilicet, quia vidit illud perpetrari; caueat tamen, ne dicat, se illud scire per Confessionem; quia hoc dicere non poterit sine reuelatione Confessionis: Habet enim Sacerdos in casu cognitionē illius facti duplicem: Alteram, per viam Confessionis, & ex hac notitia nil potest dicere, vt patet: Alteram, per euidentiā facti, vel aliquorum relationem, & ex hac via licitū est, peccatū illud ob iustam causam manifestare; ita tamen, vt cautē loquatur siue in iudicio, siue extrā, ne inde aliqui scandalizētur, & suspicentur illū aliena peccata per Confessionē cognouisse, scientes illum ex officio esse Confessorem.

Ideò, nisi necessitas postulet, filere debent aliena peccata; & si necessitas ea prodere cogat, causam & notitiam extra Confessionē habitam reddant.

Questio
XXVII.

Solusne Sacerdos, cui facta est Confessio, an etiam alij audientes, tenentur eam celare?

Responso.

Non solus Sacerdos, cui facta est Confessio, sed quicumque alius, qui eam licitē, vel illicitē audiuit: Vt si quis fortē confiteatur per interpretem; aut si laicus fingit se Sacerdotē esse, aut dolo, seu ex proposito, aut à casu audit Confessionem, quæ Confessario fit, omnes tales tenentur illam celare, sicut & illi, qui alicuius Confessionem inveniunt in scriptis.

PQ.

POSTREMO, omnes Prælati & Superiores, à quibus poenitēs, vel per se, vel per alium facultatē petit confitendi inferiori in casu referuato. Nō licet enim illis manifestare, alij talem aliquē casum referuatū. Omnes autem isti sub peccato mortali ad sigillū obligantur; sed non eodem modo. Laici enim in prædictis casibus reuelantes Confessionē, quamuis mortaliter peccent; nō sunt tamen habendi sacrilegi, nec incurrūt poenas: Sacerdotes autem reuelantes Confessiones, quas audiunt, & sacrilegi sunt, & poenas, contra reuelatores, à iure statutas, incurrunt.

Ratio cōstat; quia omnes illi tenētur Confessionem celare, per quorum detectionem redderetur odiosa, et ab ea homines retraherentur; sed si poenitentes scirent aliquos tales posse licitē Confessionem reuelare, cūm sciat posse de facto multos ipsum confitentē audire, id timentes, nō ita auderēt confiteri.

Estne Sigillū nudū Secreti, quod alicui commissum est, necessariò celandū?

*Quæstio
XXVIII.*

Respōsio.

Maximè, aliquot de causis:

PRIMO, quia iure naturæ tenemur proximum in fama non lædere. Iam si Sigillum Secreti temerè violaremus: continget sepe numero proximum suæ existimationis pati detrimentum.

SECUNDO, quia de iure naturæ tenemur